



2
3.
4
5
6
7
8
9
10
11



Σὺν Θεῷ

DISPUTATIO JURIDICA

DE POENIS

QVAM IN ARGENTORA-
TENSIS ACADEMIA.

PRÆSIDE


Amplissimo & consultissimo viro

DN. GEORGIO DAVIDE LOCA-
MERO J. U. D. INSTITUTIONUM
Professore, præceptore suo æternùm
colendo

*Examini publico submittet
ad diem Maij.*

BALTHASAR WESSELIUS
Boleslâ-Silesius.

πρὶν ἐξέλασης, μὴ μέμψε.



ARGENTORATI,
Typis HOLLANDI FINDLERI,

Anno M. DC. XXIII.

40
435.

1623,8.



GENEROSO DN.
DN. BALTHASARI
à ZIEROTINA.

NEC NON
NOBILISSIMO AC STRENUISSIMO VE-
RO DN. ANDREÆ à BENCKENDORF.

cum debitâ observantiâ
& submissione

d. d. auth. Resp.

ultra quam naturæ humanæ modus patitur, uti. *N. 30. c. 12. §. 2.* is certò sibi persuadeat, ad illud non aliâ viâ perduciposse, quam suum cuiq; tribuendo *§. 3. I. de I. & I. l. 10. §. 3. ff. eod.* idque non solum secundum præcepta Legum strenuè Imperando, vetando, permittendo, sed etiam severè puniendo. *l. 7. ff. de ll.* Illis nempe qui imperantem audiverint, vetanti obtemperaverint, permittente contenti fuerint, blandâ voce occurrendo, & promittendo, integris beneficiis sub sæculi pace & otio perfrui *l. 1. inf. C. de Veteran.* & si strenuè sua exequentur, longiore tempore in felici statu permanere, & à majori ipsos aliâ fortè conditione excipi posse. *N. 30. c. 11. inf. seq; pro virili (Deo juvante l. 2. §. 10. C. de off. præf. præt. Aphr.)* ipsis emolumenta præstare & semper providere velle, unumquemq; secundum labores suos ad meliores gradus, & ad majores dignitates perducere *l. 2. §. 9. C. eod.* Nullos autem boni viri & civis officium excedentes, gravissimâ pœnæ acerbitate propositâ. *l. 10. C. de curs. publ.* etiam quacunq; suâ potentiâ fretos, quodcunq; alienum prætendentes patrocinium in atrocioribus delictis severitatem legis effugere sinendo. *N. 30. c. 12.* Cujus ergò heic levi ac simplici viâ jura pœnarum exponere incipio, & ita meum animum ad Dei omnipotentis erigo adjutorium, ut neq; ingenio confidam, neque memoriæ, quæ modicam imò nullam auctoritatē obtinet, sed omnem actum ad solam referam summæ providentiam Trinitatis, unde & mundi totius elementa processerunt, & eorum dispositio in orbem terrarum producta est. *pr. de concept. fforum.* Ut autem latissimam materiam eò in angustiores fines redigamus, totum hoc, quod volumus, tribus capitibus includemus, tractaturi in

1. quæ, & in quem ::
2. quales ::
3. quomodo, pœnæ inferendæ.

A Ut pœnas amasse, aut maleficia odisse summa necessitas est. *l. 27. §. 4. ff. de pact. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 70. §. ult. ff. de fidejuss. Maleficia enim proximè sequitur emendatio. l. 20. ff. de pœn. ne cum remittatur pœna, ad maleficia quisquam temerè profiliat. l. 14. C. de pœn. l. 28. §. 15. ff. eod. l. 18. §. 1. ff. de judic. l. 13. ff. de off. pres. sed ut paucorum hominum supplicio omnes reliqui castigentur. N. 30. c. 12. pr. & ita conspectu & exemplo deterreantur. l. 28. §. 15. ff. de pœn. l. 6. §. 1. ff. eod. ut unius pœna, metus multorum sit. l. un. C. ad l. Jul. repet. l. 7. C. ad L. Fab. de plag. Neque enim inhumanitas hoc, sed potius summa quædam humanitas est, cum multi paucorum animadversione salvantur. N. 30. c. 12. pr. Pœnæ autem omnes aut capitales sunt, aut non capitales. *l. 2. ff. de publ. jud.* Capitales sunt mortis, vel naturalis, vel civilis: non capitales, pecuniæ, vel coercionis corporis. *l. 28. pr. & §. 1. ff. de pœn. l. 6. §. ult. ff. eod. Clar. §. fin. quest. 67. n. 1. §. 3. I. de publ. jud. l. 103. ff. de V. S.**

I.

Mortis naturalis pœnæ appellantur summum seu novissimum supplicium. *l. 28. pr. l. 29. ff. de pœn. N. 96. c. 4.* idque varium est.

a) Horrendissimum contra scelestissimū parricidium est, quando quis virgis sanguineis verberatur, in culeum insuitur, cum gallo gallinaceo, cane, viperâ & simiâ, deinde culeus in vicinum mare vel amnem projicitur. *l. 9. pr. ff. de L. Pomp. de parricid. l. un. C. de his qui parent. §. 6. I. de P. I.*

b) Quadrigis distractio, quæ est contra reum majestatis. *C. C. art. 124. Damh. c. 63. n. 2.*

c) Trahæ impositio: *C. C. art. 193.* quæ est contra reum Majestatis. *C. C. art. 124. Damh. c. 63. n. 2.* contra illustres occidentem. *C. C. art. 137.*

d) Vivi crematio. *l. 28. pr. ff. de pœn.* quæ est contra monetæ corruptorem. *l. 2. C. de fals. mon.* contra sacrilegum *l. 6. pr. ff. ad L. Jul. pecul. C. C. art. 172.* contra actorem rerum privatarum injurias privatis inferentem. *l. 9. C. ubi caus. fisc.* contra Nil aggeres corruppentem. *l. un. C. de Nil. agger.* contra ancillam raptori opem ferentem. *l. 1. §. 3. C. de rapt. vir.* contra aruspicem. *l. 3. C. de malef.* contra sagas & incantatrices. *Paul. 5. sent. 25. §. II. C. C. art. 109.* contra Sodomiam *C. C. art. 116.* contra transfugas ad hostes. *l. 6. §. 2. l. 38. §. 1. ff. de pœn.*

A 3

contra

contra servos salutem dominorum insidiantes. l. 28. §. II. ff. eod. l. un. C. de Nil. agg. contra incendiarios. l. 28. §. 12. ff. de pæn. contra servos heræ propriæ conjunctos. l. un. C. de mul. quæ se prop. contra tabularium iniustam cuiuspiam immunitatem fraude profitentem. l. un. C. de imm. nem. conc. contra facultatem deprædationis in Romanos barbaris dantem l. 9. C. de re mil.

e) Sectio corporis in quattuor partes. C. C. art. 192. quæ est contra virum reum majestatis. C. C. art. 124. Damh. c. 62. n. 6.

f) Fractio membrorum cum rotâ, quæ est contra latronem. C. C. art. 126. & 137. Damh. c. 67. n. ult. contra Medicum scienter prudenterq; enecantem. C. C. art. 134. contra partum interficientes. contra parricidas. C. C. art. 131. 137. Damh. c. 37. n. 3.

g) Transfossio hominis cum palo. C. C. art. 131. & 192. quæ est contra editum partum occidentes. C. C. art. 131.

h) Defossio vivi. C. C. art. 192. quæ est contra partum editum enecantes. C. C. art. 131.

i) Suffocatio aquæ. C. C. art. 129. quæ est contra mulierem furti condemnatam. Dn. Rem. Neme. Carol. c. 159. & c. 160. contra mulierem majestatis ream. C. C. art. 124. Damh. c. 62. n. 6. contra partum abigentes. C. C. art. 133. contra partum interficientes. C. C. art. 130. contra parricidas. C. C. art. 131. 137.

k) Ad furcam damnatio. l. 28. pr. l. 38. §. 2. ff. de pæn. quæ est contra transfugas. l. 38. §. I. ff. de pæn. contra latrones. l. 28. §. 15. eod. contra auctores seditionis & tumultus. l. 38. §. 2. eod. contra spoliatorem. l. 2. §. 10. & 15. ibiq; gl. ff. de pæn. contra sacrilegum. l. 6. pr. ad L. Jul. pecul. sed illius vice hodie restat patibulum. C. C. art. 192. quod est contra furem. Vigel. c. 8. repl. 3. & 4. C. C.

l) Capitis amputatio. l. 28. pr. ff. de pæn. Paul. 5. sent. 17. §. 2. l. 8. §. 1. ff. de pæn. quæ est contra adulterum. §. 4. I. de publ. jud. C. C. art. 118. contra sodomiam. §. 4. I. de publ. jud. contra spoliatores & grafatores. C. C. art. 128. contra partum abigentes. C. C. art. 133. contra magicos. l. 5. inf. C. de malef. contra militem sibi manus inferentem, nec factum peragentem. l. 38. §. ult. ff. de pæn. contra militem ex carcere dato gladio erumpentem. l. 38. §. II. eod. contra incendiarium. l. 28. §. 12. eod. contra venenarios l. 28. §. 9. eod.

I I.

Morti naturali proxima est pœna mortis civilis, Paul. 5. sent. 12. §. 2. Ex illa est.

a) In

a) In insulam deportatio. l. 2. 28. pr. & §. 9. l. 38. §. 1. l. 40. ff. de pæn. l. 1. §. 2. ff. de bon. poss. quæ est contra sepulchri violatores. l. ult. ff. de sepulch. viol. contra effractorem & expilatores. §. 2. l. de publ. jud. contra adulterum militem. l. 4. §. ult. ff. de re milit. contra tutorem pupillam stuprantem. l. un. C. si quis eam cuj. tut. contra vis publicæ reum. §. 8. l. de publ. jud. contra ficiarium. l. 3. §. 2. l. 16. ff. ad L. Cor. de sic. contra magos consulentem. l. 3. C. de malef. contra falsarios. l. 22. inf. C. de fals. contra partum supponentes. l. 1. C. de L. Cor. de fals. contra sacrilegum l. 6. pr. ad L. Jul. pecul. contra falsas testationes facientem. l. 1. pr. §. ult. ff. de L. Cor. de fals. Ea successit aquæ & ignis interdictioni. l. 2. §. 1. ff. de pæn. Nov. 22. c. 13. Deportatis autem similes sunt in opus perpetuum dati. l. 1. C. de pæn. Conferre etiam cum ijs vult proscriptos seu bannitos imperii. Gayl. 2. PP. num. 24. Sed banniti omnium violentiæ, & cædi exponuntur. O. C. p. 2. T. 9. §. 2. Frid. process. 26. n. 2. deportati autem manent sub imperii Romani ditione. arg. l. 10. §. ult. de in jus voc. l. 13. §. 1. de donat. int. vir. l. 4. 28. §. 13. ff. de pæn. retinent matrimonium. N. 22. c. 13. donationes à viro in uxorem collatæ in pendentem manent. l. 24. inf. C. de don. int. vir. tantum auferuntur ea quæ ad fiscum perveniunt. l. 97. ff. de R. I. l. 8. C. de pæn. Ideo autem morti naturali æquiparatur, quia per eam caput de civitate eximitur. l. 2. pr. ff. de pæn. l. 2. ff. de publ. jud. l. 6. pr. ff. de interd.

b) Metallum. l. 2. l. 28. pr. ff. de pæn. quod est contra sepulchri violatorem. l. 2. ff. de sepulch. viol. contra furem balnearium viliores. l. 1. pr. ff. de fur. bal. contra effractorem & expilatores. §. 2. l. de publ. jud. contra stellionem viliores. l. 2. l. 3. §. 2. ff. stellion. contra effractorem nocturnum. l. 2. ff. de effract. contra lenonem. l. 6. 7. C. de spect. contra impuberem vitiantes. l. 38. §. 3. ff. de pæn. contra abortionis sive amatorium poculum dantem. l. 38. §. 5. ff. eod. contra titulo potentiorum falso utentes l. un. C. de his qui pot. nom. contra sacrilegum. l. 6. pr. ad L. Jul. pecul. contra plagiarium. l. ult. ff. de plag. contra aggeres corrumpentem. l. 10. ff. de extra. crim. contra ancillam decurioni conjunctam. l. 3. C. de incest. contra transeuntem ad barbaros. l. 3. C. de serv. fugit. contra stupri conscium & non prodentem. l. 3. C. de incest. Ex his itaque patet metalli supplicio tam personas liberas quam serviles affici posse. l. 8. §. 12. ff. de pæn. l. 11. C. eod. Illud autem è numero civium Romanorum aliquem tollit. l. 8. §. 4. ff.

4. ff. eod. & servum pœnæ efficit. l. 4. C. de bon. proscr. l. 4. §. ult. de B. P. contr. T. l. 8. §. 12. l. 17. pr. l. 36. ff. de pœn. qui si inde auffugiat, in gravius damnatur l. 8. §. 6. l. 10. §. 1. ff. eod. Similis pœnæ huic est damnatio in ludum venatorium. l. 8. §. 11. 12. l. 12. ff. eod. In calcariam vel sulphurariam. l. 8. §. 10. ff. eod. in salinas. l. 8. §. 8. ff. eod.

c) Opus publicum perpetuum, quod est contra effractorem viliozem l. 1. §. 1. ff. de effract. contra effractorem diurnum. l. 2. ff. de effract. In hoc non potest damnari Decurio. l. 3. C. de pœn. nec liberi veteranorum. l. 5. C. eod. Similis autem conditionis sunt his qui deportantur in Insulam. l. 1. C. eod. quæ juris civilis sunt non habent, quæ juris gent. habent. l. 17. §. un. ff. eod. l. 1. C. eod.

I I I.

Pœnæ non capitales fiunt aut corpori coërcendo, aut existimationi lædendæ. l. 6. §. ult. l. 28. pr. ff. de pœn. utraq; sine periculo corporis. l. 28. pr. ff. eod. Quæ corporis coercionem continent, hæc sunt.

a) Fustigatio. l. 7. ff. eod. quæ est contra effractorem diurnum. l. 2. ff. de effract. contra vis publicæ reum. l. 28. §. 3. ff. de pœn. contra falsa instrumenta machinantem. C. C. art. 112. contra agmen exceudentem l. 3. §. 16. ff. de re milit. contra confugientes ad ecclesiam abstrahentem. l. 2. C. de crim. sacr. contra conductorem temerè locatorem litem inferentem. l. 23. inf. C. de locat. contra libertum contumeliosum in patronum. l. 1. §. 18. ff. de off. præf. urb. contra negligenter ignem custodientes. l. 3. §. 1. ff. de off. præf. vig. contra calumniatores. l. 16. C. ex quib. cau. inf. contra perjuros. l. 13. inf. ff. de jurejur. generaliter, non contra omnes, sed liberos saltem, eosque tenuiores, non honestiores l. 28. §. 12. ff. de pœn. non contra Decuriones & eorum filios. l. 5. C. ex quib. caus. inf. Et illa per se non infamat. l. 22. ff. de his qui not. inf. l. 14. C. eod. nisi sententia ignominie maculam irrogans præcesserit. l. 22. ff. eod. l. 14. l. 16. C. eod. Parùm ab eâ abit hodierna virgarum castigatio, quæ est contra furem. 2. F. 27. de pac. tenend. §. si quis quinque solidos. contra prævaricatorem. C. C. art. 115. ibi Dn. Rem. contra lenonem. C. C. art. 123. quæ fit publicatione infamose columnæ, & relegatione. Vigel. c. 8. C. C. repl. 2. inf. C. C. art. 158.

b) Vinculorum verberatio. l. 7. ff. de pœn. quæ fit contra sepulchri violatorem Nov Leon. 96.

c) Relegatio & exilium l. 28. §. 13. pr. ff. de pœn. l. 4. ff. de interd.

terd. quod est contra sepulchri violatores. l. 2. ff. de sepulch. viol. con-
tra abigei receptorem. l. 1. ff. de recept. contra furem balnearium
honestiorem. l. 1. pr. ff. de fur. baln. contra stellationem digniorem. l. 3.
§. 2. ff. stellion. contra termini motorem. l. 2. ff. de term. mot. contra
adulterum. l. 6. de divort. contra lenonem. l. 6. 7. C. de spectac. contra
viliorem puellam vitiantes. l. 38. §. 3. ff. de pæn. contra vis publicæ
reum. l. 28 §. 3. ff. eod. contra abortionis & amatorii poculi datorem.
l. 38. §. 5. eod. contra notarium falsa instrumenta conficientem. l. 14. §.
ecc. 3. C. de SS. eod. contra partum supponentes. l. 1. C. de L. cor. de fals.
contra pondera corrumpentem. l. 32. §. 1. ff. de fals. contra annonæ
flagellatorem. l. 6. pr. ff. de extr. crim. contra desertorem accusatio-
nis. l. 2. C. ut. int. cert. contra abigeorum receptores. l. 3. §. 3. ff. de
abig. contra accusantes fratrem suum in capitali crimine. l. 13. C. de
bis qui accus. contra adulterum contra ll. occidentem. l. 4. C. de adult.
contra artificem extruentem in publico. l. 12. §. 5. inf. C. de edif. priv.
contra compellentem mulieres invitæ in scenam vel orchestram. l.
29. pr. C. de nupt. contra conductorem temerè locatori litem inferen-
tem. l. 23. inf. C. de locat. contra corruptum pecuniâ in causâ crimi-
nali. auth. novo. C. de pæn. jud. q. mal. contra instrumentum parti ad-
versæ prodentem. l. 38. §. 8. 9. ff. de pæn. contra hostis occultationem
dissimulantes non detegentes. l. 38. §. 10. l. 40. ff. eod. Relegant au-
tem præfides provinciæ. l. 7. §. 1. ff. de interd. in Insulas solum quæ
sub se sunt. l. 7. §. 6. eod. etiam extra suam provinciam. l. 7. §. 7. eod.
etiam certâ parte provinciæ. l. 7. §. 8. eod. Et vel in perpetuum, vel in
tempus. l. 4. l. 28. §. 13. pr. ff. de pæn. temporalis lapsò tempore fini-
tur. l. 24. C. eod. Nec adeò gravis est, qualem multi hodiè fingunt,
qui inter capitales eam referre non dubitant, non enim bona aufert.
l. 33. §. 7. ff. de administr. tut. nisi speciali sententiâ adjectâ. l. 8. C. de
pæn. nec caput civitati eximit. l. 14. §. 1. ff. de bon. lib. Statuas & imagi-
nes habere concedit. l. 17. ff. de interd. etiam libellos principi dare. l.
7 §. 18. eod. Tantum Romæ morari ij non possunt, nec in civitate
principis. l. 19. eod. & si loco exilij præscripto egressi fuerint, vel ibi
quid inciviler commiserint, capite plectuntur. l. 26 §. 1. C. de pæn.

d) Opus publicum temporale. l. 28 pr. ff. de pæn. quod est con-
 tra abigeum. l. 1. pr. ff. de abig. contra furem balnearium. l. 1. pr. ff. de
 fur. baln. contra termini motorem. l. 3. ff. de term. mot. contra anno-
 næ flagellatorem. l. 6. pr. ff. de extr. crim. contra aggeres corrumpen-

B

tem.

rem. l. 10. ff. eod. Hujus exemplum est in Argentinensi republ. quod dicitur das Schellenwerck.

I V.

Pœnæ, quæ fiunt existimationi lædendæ, vel famam saltem gravant, vel infamiam planè irrogant. l. 8. pr. ff. de pœn. Summæ infamiæ signa sunt (a) numellæ annodatio. contra lenonem. C. C. art. 123. contra furem. C. C. art. 158. contra prævaricatorem. C. C. art. 115. ibi Dn. Rem. (b) ex albo publico nominis erasio. (c) ædificiorum solo æquatio (d) insignium gentilitiorum ablatio (e) armorum familiæ distractio (f) titulorum luto fædatio. contra reum majestatis. c. felicis. de pœnis. in 6. Gayb. 2. P. P. c. 9. n. 34. Signa autem famæ saltem gravatæ, cui etiam aliquatenus conjuncta est infamia. l. 8. pr. ff. de pœn. Clar. 5. sent. §. ult. q. 72. 73. sunt hæc. (a) Interdictio fori vel omnibus forensium negotiis. l. 9. §. 4. ff. de pœn. (b) Interdictio professionis & advocacionis. l. 1. §. 13. ff. de off. præf. urb. l. 16. §. ult. ff. mand. (c) Interdictio tribunalis præsidis. l. 9. §. 2. ff. de pœn. (d) Interdictio negotiationis & conductionis publicorum vectigalium. l. 1. §. 13. ff. de off. præf. urb. (e) Interdictio certarum personarum. l. 9. §. 1. ff. de pœn. Et hæc variè dicuntur, ut jactura æstimationis. l. 31. C. de Decur. militiæ spoliatio. l. 3. C. de off. mil. jud. militiæ cinguli amissio. l. 16. §. 6. C. de erog. mil. ann. periculum dignitatis & cinguli. l. 2. C. ut nem. lic. in. militiæ cinguli seu honoris, dignitatis spoliatio. l. ult. C. ad. L. Jul. de vi publ. amissio gradus militiæ. l. 5. C. de off. præf. urb. Interdictio patriæ. l. 10. C. de sent. & interl. omn. damnnum existimationis. l. 1. C. de desert. & occ. eor.

V.

Est præterea singulare pœnarum genus, quod in corporis non totius enecatione, sed mutilatione consistit, quod plerumque cum pœnâ mortis naturalis conjungitur, & ex hoc est (a) adustio candentibus forcipibus. C. C. art. 194. quæ est contra reum Majestatis. art. 124. Damh. c. 63. n. 2. contra illustres occidentem. art. 137. contra partum interficientes. art. 130. contra parricidas. art. 131. 137. Damh. c. 37. n. 3. (b) oculorum effossio. Dn. Rem. Nemes. Carol. c. 159. & 160. inf. Vigel. c. 8. repl. 3. & 4. C. C. (c) linguæ præcisio, eaque contra blasphemum. C. C. art. 106. (d) nasi abscissio, eaque contra adulterum. N. L. 32. l. ult. C. ad. L. Jul. de adult. Sed abrogata per l. 17. C. de pœn.

de pœn. (e) manus amputatio, contra transfugam, *auth. sed novo. C. de serv. fugit. Vigel. c. 8. repl. 3. & 4. C. C. contra falsa instrumenta machinantem. C. C. art. 112.* (f) aurium mutilatio, contra lenonem *C. C. art. 123.* (g) amputatio pedis contra transfugam *l. 3. C. de serv. fug. sed pro eâ manus amputatio frequentatur auth. sed novo C. eod. Menoch. arb. jud. q. 86. n. 15.* (h) inscriptio frontis, surarum, aut manuum, sed & illa abrogata. *l. 17. C. de pœn.*

V I.

Hæc dixisse sufficiat, quæ pœnæ inferendæ sint: nunc in quem, & notandum, quod non ulterius progredi debeat metus, quam ubi reperitur delictum. *l. 22. C. de pœn. sed ubi noxa, ibi pœna sit, & peccata suos teneant aauthoris. l. 5. s. 1. C. ad L. Jul. Majest. l. 22. C. de pœn. l. 20. ff. eod. nec alieni criminis successor constituatur. l. 8. inf. ff. de injus voc. l. 26. ff. de pœn. l. 7. inf. ff. de senat.* Ergo crimen vel pœna paterna maculam filio non infliget. *l. 26. ff. de pœn.* præterquâ quod filii majestatis rei paterno scelere gravantur, infames & intestabiles efficiuntur, nec ad ullos honores aut sacramenta perveniunt. *l. 5. s. 1. C. ad L. Jul. maj. (contra A. B.) nec jus sepulchrorum habent l. 1. s. 3. ff. de suis & legit. Decian. 7. c. 41. n. 27.* perpetuò egent, & pauperes sunt, infamia eos paterna ubique comitatur, sunt postremo tales, ut perpetuâ egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. *l. 5. s. 1. C. ad L. Jul. maj.* Hæc de primâ parte subsisto, & omne quicquid in eâ consummatum est, aut consummandū erat, hoc sigillo obfigno, ut in omnibus hujusmodi casibus cœlestes iracundias administratores expectent, si aliquid committi consenserint, & non gravissimâ pœna & interminatione, quod perperam factum est, studeant corrigere. *l. 49. s. 8. C. de episc. & cle.*

CAPUT II.

In pœnis statuendis nec in severitate excessum, nec in clementiâ defectum incurrere oportet, sed prout res exoptulat statuere *l. 11. pr. ff. de pœn. N. l. 82. c. 10. inf.* primariò tamen attendere, quod factius sit impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnari. *l. 5. pr. ff. de pœn. l. 155. s. 2. ff. de R. 1.* Ideoque faciliores nos esse debere ad liberationem. *l. 47. ff. de oblig.* Ita tamen ut hominum nocentum emendatio non negligatur. *l. 20. ff. de pœn. causave temere ad maleficia prosiliendi offeratur. l. 14. C. eod. l. 9. s. 5. ff. de publican.*

B 2

l. 13.

l. 13. ff. de off. praesid. l. 2. C. quand. lic. unic. Ut autem poenarum æqualitas rectius attendatur, septem sunt considerata Causa: Persona: Locus: Tempus: Qualitas: Quantitas: Eventus. *l. 16. §. 1. ff. de poen.* De quibus singulis ordine.

I

Causa I. augendi poenam est (a) si quis pecuniam ob crimen patrandum acceperit. *l. 2. ff. de concuss. c. 5. de homicid in 6. Boer. decis. 316. Gayl. c. 14. n. 19. Damh. c. 83.* adeo ut etiam si effectus absit, tamen severè animadvertatur. *Gayl. c. 14. n. 19. Menoch. cas. 360. n. 42. c. 5. de homicid. in 6. Covar. in d. Clement. un. de homicid. part. 2. relect. init. n. II. C. C. art. 178.* (b) Si magnæ grassaturæ sint, ut opus sit horrendo exemplo. *l. 16. §. ult. ff. de poen. l. 16. v. nec tamen C. de mod. mult. l. 3. C. de his qui not. l. 13. §. 7. ff. eod. l. 10. ff. de off. pro cons. II.* Minuendi poenâ est. (a) Si quis certâ causâ vel credulitate ductus deliquerit. *l. 14. C. ad L. Fab. de plag. l. 12. §. 3. ff. de lib. caus. l. 6. pr. & ibi Jas. in 6. not. ff. de acquir. poss. l. 5. pr. ff. de serv. cor. l. 3. §. 4. ff. de lib. hom. exhib. gl. in l. 1. §. fin. in verbo. justis. ff. de abigei.* modò non injustam causam esse noverit, petulanter in illâ perseveraverit, & ex eâ peccare voluerit, ubi contrarium sentiendum esse statuunt. *Gabr. lib. 7. concl. 8. n. 80. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1157. n. 25. inf. & seq. maximis itaq; argumentis causâ seu credulitas per allegantem probanda est. Bart. in l. 1. §. non autem ff. si quis test. lib. Dec. cons. 452. n. II.* (b) Si quis jussu alterius, & adeo imperiosis verbis coactus fuerit, ut vel mortem ipse sentiat, vel mandato satisfaciat, ille qui ex mandato deliquit, ut suæ vitæ periculum propelleret, mitiori poenâ castigatur. *l. 157. pr. l. 176. §. 1. l. 196. ff. de R. I. Jas. in §. 34. n. 17. l. de act. Marsil. in l. 1. inf. n. 123. v. fateor tamen. ff. ad L. Cor. de sic. gl. l. penult. in verbis. agi poterit. ff. si fam. fur. fec. dic. Bal. in c. 1. §. injuria. n. 19. inst. v. sed pone quidam potens. de pact. juram. firm. modò non in nimiam atrocitatem factum excurrat, ubi tenetur exequens cum ipso mandatore puniendus. l. II. §. 3. ff. de injur. l. 1. §. 13. ff. de vi & vi. l. 7. §. 5. ff. de jurisd.* (c) si quis maritus uxorem adulteram necaverit. *l. 1. §. ult. ff. ad L. Cor. de sic.* (d) si quis necessitate famis extremæ furatus sit ea quæ ad victum pertinent. *Vigel. l. 5. M. R. c. 10. R. 24. Exc. 7. Dn. Rem. in Nem. Carol. c. 166.* (e) si quis necessitate immensi frigoris furtum earum rerum commiserit, quæ ad amictum pertinent. *Vigel. const. Carol. exc. 6. c. 8. Dn. Rem. Nem. Carol. c. 166.* (f) planè sine poenâ est, si parens vel

447.
vel magister verbera emendationis ergo inferat. l. 16. §. 2. ff. de pœn.
Sicutem causa minor sit, quam pœna irrogata fuerit, non sequitur pu-
nitum infamia. l. 10. §. ult. ff. eod. l. 12. §. 1. l. 22. ff. de his qui not. inf. l.
24. C. eod.

I I.

Persona. Et sciendum, quod conditio personæ faciat conditio-
nem pœnæ. l. 10. pr. l. 28. §. 2. ff. de pœn. l. 4. §. 1. ff. de incend. ruin. l.
13. ff. de jur. fisco. l. ult. ff. de injur. Eaque duplex vel facientis, vel pa-
tientis. I. In faciente pœnam minuit (a) nobilitas, ut mitius nobiles
quam ignobiles, digni quam indigni, liberi quam servi puniantur. l. 5.
C. de naufr. l. 15. inf. ff. de negot. l. 72. inf. ff. de judic. l. 34. §. 8. ff. de re
judic. Ita ex eadem causâ liberi fustibus cæsi in triennium relegantur,
sordidiores in opus publicum, servi flagellis cæsi in metallum dam-
nantur. l. 4. §. 1. ff. de injur. Ita effractor honestus ordine amovetur,
vilior in opus perpetuum datur. l. 1. §. 1. ff. de effract. Ita fur balnearius
honestior relegatur, vilior in metallum damnatur. l. 1. pr. ff. de fur. baln.
ita abigeus honestior ordine amovetur. l. 1. §. 3. ff. de abig. vilior in
opus publicum datur. l. 1. pr. ff. de abig. ita sicarius honestior bonis
ademptis in Insulam deportatur, humilior capite punitur, vel bestiis
objicitur. l. 3. §. 5. l. 16. ff. de sicar. Sic stellio dignior relegatur, vel or-
dine amovetur, vilior in metallum datur. l. 3. §. 2. l. 2. ff. stellion. Et
hinc venit, quod Decuriones non possint in metallum damnari, nec
in opus metalli, nec furcæ subjici, vel vivi exuri. l. 38. §. 2. 3. 5. 7. 8. 9.
l. 9. §. 11. ff. de pœn. l. 3. l. 12. C. eod. nec in opus publicum dari. l. 29. C.
eod. nec fustibus castigari. l. 5. C. ex quib. cau. l. 28. §. 2. ff. de pœn. l. 2. §.
2. ff. de decur. Si autem propriè factum aliquod sit, quod ex dignitate
majus vitium attrahat, aliter sentitur. l. 14. ff. de pœn. gl. in l. 7. C. de re
milit. Hippol. Riminal. consil. 245. n. 25. & seq. lib. 3. Ut in crimine
proditionis. Bal. in c. cum quidam. n. 3. de jurejur. Tiraq. de pœn. temp.
caus. 31. n. 21. & seq. & in crimine læsæ majestatis. Covar. var. resol.
lib. 2. c. 9. post. n. 4. v. quinto ob eandem rationem. Hoc autem solum
verum est in pœnâ corporali, secus in pecuniariâ, in quâ mitius pu-
niuntur pauperes quàm divites ignobiles quàm nobiles. l. 6. §. 6. inf.
C. de mod. mult. l. 6. §. 9. ff. de off. presid. Ut autem delicta non ma-
neant impunita, illi qui non habent in ære, luunt in corpore. l. 7. §. 3.
ff. de jurisd. l. ult. inf. ff. de in jus voc. l. 9. ff. de incend. l. 6. inf. C. de mod.
mult. l. 4. C. de serv. fugit. l. 12. §. 5. C. de adif. priv. Clar. lib. 7. sent. S.

B 3

fin.

fn. quest. 95. n. 2. Schneidenwein, ad §. 7. I. de injur. n. 7. & in §. 12. I. de act. n. 55. Illa autem conditio non tempore ferendæ sententiæ, sed delicti spectatur, & si reus vel meliori vel deteriori conditioni detur, eam fert, quam tulisset pœnam, si ad aliam conditionem non transisset. *l. 1. pr. §. 1. 2. ff. de pœn. (b)* Consideratur quoque ætas, ut si infantes peccent, planè sine pœnâ sint. *l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 12. ff. ad L. Cor. de sic. l. 23. ff. de furt. l. 32. §. 7. ff. de adult. l. 16 §. 3. ff. de pœn.* sed si quis in eâ sit ætate, in quam crimen cadere potest, impunitas non datur. *l. 7. C. de pœn. l. 23. §. 2. inf. ff. de adul. l. 23. ff. de furt. l. III. ff. de R. I. Silenes delinquant, quorum aliàs vitæ integritas perspecta est, pœna minuitur. l. 2. ff. de term. mot. l. 6. pr. ff. ad L. Jul. pecul. l. 3. §. 7. & ibi. gl. in verbo. ætate. ff. ad Syllan. & in c. tanta. in verbo. quia simplicitatem. 86. distinct.* Sed requiritur, ut senes sint in decrepità ætate. *Bald. in l. 13. §. 7. in 2. lect. n. 10. ff. de his qui not. inf. And. Gayl. obs. 110. n. 34. (c)* Observandus quoque venit sexus, mulieres enim non tam durâ quam viri afficiuntur pœna. *l. 5. §. 3. C. ad L. Jul. Maj. l. 6. pr. ff. ad L. Jul. pecul. l. 38. §. 7. ff. ad L. Jul. de adult. c. sicut dignum. 1. & ibi. gl. in verbo. Sexus, extra de homicid. (d)* Rusticitati quoque in pœnis infligendis aliqua venia datur. *l. 5. §. 4. ff. de oblig. l. ult. ff. de var. & extraord. crim. l. 7. §. 4. ff. de jurisd. omn. jud. Menoch. de recup. poss. remed. 9. n. 23. & de arb. quest. lib. 2. c. 194. n. 33 & seq. (e)* nec non insignis peritia. aut celebre artificium maximè reipubl. utile pœnam cessare facit. *l. 31. ff. de pœn. Covar. var. resol. lib. 2. c. 9. n. 6. Tiraq. de pœn. temp. caus. 50. n. 5. Marfi. in l. 18. §. 9. n. 79. ff. de quest. modò reus non sit famosus & manifestus latro. Clar. quest. 60. n. 98. v. & quod pœna remittatur. Tiraq. de pœn. temp. caus. 50. n. 2. (f)* Tandem si quis insigni merito & beneficio reipublicam affecerit, respectu illius, pœnæ non fit mentio. *l. 2. §. 7. ff. de orig. jur. fac. l. 5. §. 8. ff. de re milit. l. 1. ibi. ob. merita indulgit. ff. de const. pr. gl. in §. 6. I. de jur. nat. gent. modò tale non sit facinus, ut majorem causam pœnæ offerat, quam beneficium ejus auferat; Tiraq. de pœn. temp. c. 49. n. 13. & seq. II.* In personâ patiente notandum est. quod, quò quis in majorem peccet, eò gravius puniatur. *l. 6. §. 1. ff. de re milit. & idèd aliter qui in magistratum quam qui in privatum. l. 16. §. 3. l. 28. §. ult. ff. de pœn. Ubi principaliter observatu dignum, quod in crimine L. majestatis nulla dignitatis aut privilegii ratio à tormentis eximat. l. 4. C. ad L. Jul. maj. l. 16. C. de quest. l. 10. §. 1. ff. eod. Gomez. 3. var. resol. 13. n. 3.*

Locus.

Locus. Ex cuius æstimatione fit, ut idem furtum sit, vel sacrilegium, & vel capite, vel minori supplicio luendum. *l. 16. §. 4. ff. de pœn.* Ut si vel in theatro, vel in foro, vel in conspectu prætoris. *§. 1. I. de injur.* vel in domibus, vel itineribus, aut in mari peccatum sit. *auth. sed novo. C. de serv. fugit.* vel si ex stabulo aut sylvâ animalia abacta sint. *l. 3. §. 1. ff. de abig.* & ubi maxima & potissima alicujus rei est cultura, ibi ex eâ peccans maximè punitur, ut in Africa messium incensores, in Mysia vitium, ubi metalla sunt adulteratores monetæ. *l. 16. §. 9. ff. de pœn.* Item locus vulneris atrociorē injuriam facit, veluti si quis in oculo percussus fuerit. *§. 9. I. de injur. l. 8. ff. eod.*

IV.

Tempus. Ut discrimen habeatur in puniendo emanfore & fugitivo, effractore diurno, & nocturno. *l. 16. §. 5. ff. de pœn. l. 9. ff. de sic. l. 7. §. 1. ff. quod met. caus.* exemplum est in *l. 2. ff. de effract.* ubi effractor nocturnus fustibus cæsus in metallum datur, diurnus in opus temporarium, & adeò hoc observatur, ut furem nocturnum etiam occidere liceat. *l. 54. & ibi Dn. Gothofr. §. 2. ff. de furt. l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Est & alius casus, ubi nox ad relevandam non augendam pœnam extenditur. *l. 4. C. de adult.*

V.

Qualitas. Per quam (a) dispicitur, an delictum dolo sit commissum, nam ubi dolus non adest, ibi delicti pœna ordinaria non habet locum. *l. 1. C. de sicar. l. 53. pr. ff. de furt. l. 33. ff. de injur. l. 23. §. 2. ff. de adil. edict. Maran. in spec. par. 4. in pr. n. 58. & 59. Decian. in tract. crim. par. 1. lib. 1. c. 4. n. 9.* Non tamen in totum delinquens sine dolo excusatur, sed pro modo culpæ pœnâ irrogatur. *Jas. in l. 5. n. 30. ff. de in lit. jurand. Menoch. de arb. quest. lib. 2. cas. 324. n. II. inf. & n. 12.* (b) Si quis itaque per ebrietatem etiam graviter & atrociter deliquerit non ordinariam sed extraordinariam & mitiorem pœnam sentit, quia sine dolo videtur deliquisse. *l. 6. §. 7. ff. de re milit. l. an. & ibi gl. in verbo temulentia. C. si quis imp. maled. c. sanè, & ibi gl. in verbo. venia. 15. q. 1. C. inebriaverunt. & ibi gl. in verbo quantum. 15. q. 1. Bal. in l. 1. in 2. lect. n. 40. C. unde vi. Andr. Gayl. obs. 110. n. 24. lib. 2. Menoch. de arb. quest. lib. 2. cas. 324. n. 6. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1131. n. 21. Tiraq. de pœn. temp. caus. 6. n. 5.* Et hoc procedit, si quis ebrietate à mente alienatus fuerit, aliàs leviter ebrio nulla pœnæ mitigatio conceditur.

conceditur. Bald. in l. 1. n. 40. inf. in 2. lect. C. unde vi. Gayl. obs. 110. n. 29. inf. lib. 2. Tiraq. de pœn. temp. caus. 6. n. 11. & 12. quemadmodum nec illi, qui diu solitus est in ebrietate delinquere. Covarr. in clem. 1. in 3. par. relect. in initio. n. 4. inf. v. posset quidem de homicid. And. Gayl. obs. 110. n. 29. lib. 2. vel qui postea de eo ausus est gloriari. Menoch. de arbit. quest. lib. 2. c. 326. n. 10. (c) Si quis in somno deliquerit, pœnam non timet, quia furioso similis videtur. c. un. de homicid. in clement. c. 3. Menoch. cas. 327. n. 5. Damh. c. 84. n. 9. Marsil. in l. 1. n. 64. ff. ad L. Cor. de sic. Bar. in l. pen. inf. v. si vero hoc ff. de parricid. Tiraq. de pœn. temp. caus. 5. n. 1. & hoc procedit, si, cum sciret se detinendo solere delinquere, non solus in cubili sine armis & clausis januis dormiverit arg. l. 31. ff. ad L. Aquil. l. 27. §. 9. ff. eod. (d) Si quis furiosus in furore homicidium vel aliud atrocius quid commiserit, pœna illi non infligitur l. 14. ff. de off. præf. l. 12. ff. ad L. Cor. de sic. l. 3. §. 1. ff. de injur. Clem. un. de homicid. c. aliquos. 15. quest. 1. c. illud. 15. q. 1. C. C. art. 150. Gayl. 2. obs. 110. n. 20. Damh. c. 84. n. 6. quamvis ad sanam mentem redierit. Menoch. de arb. quest. lib. 2. cas. 325. n. 8. Tiraq. de pœn. temp. caus. 2. n. 8. aut dilucida intervalla habuerit. l. 14. v. si vero ff. de off. præf. gl. in cl. 1. in verbo. furiosus, pr. Si autem delictum sanamente commiserit, & postea furor supervenerit, executio, donec sana mens redeat, differtur. Bal. in l. 9. n. 46. C. de impub. & al. subst. & in l. 9. inf. n. 3. C. quæ testam. fac. poss. Quamvis autem furiosus non puniatur, consilio tamen opeve juvans furiosum, punitur. Carer. in pract. crim. in 3. tracta de homicid. & assassin. §. secundo excusat. n. 8. (e) Furioso ferè similis est ira nimia corruptus, itaque & ille mitius punitur. l. 16. §. 2. ff. de pœn. l. 1. §. quæri. ff. ad Turpill. l. 48. ff. de R. I. l. 2. C. de abol. gl. in l. 3. in gl. 1. ff. de divort. sed hoc verum, si ex iustâ causâ ira procedat. DD. ad l. 38. §. 8. ff. de adult. Item, si ira sit magna, ut ferè prorsus à mente alienet. Dec. in l. 48. n. 8. v. & quantum. ff. de R. I. (f) In pari causâ est si quis intenso dolore permotus aliquid atrox admiserit. l. 38. §. 8. ff. adult. l. 4. ibi. & dolor justus. C. de adult. l. 3. §. 3. ff. de silan. (g) Idem sentiendum est, quando quis provocatus se ulcisci voluerit, & ex eo graviter deliquerit, quia non dolo, sed culpa deliquit, itaque non de dolo pœnâ ordinariâ, sed extraordinariâ de culpa plectitur. l. 14. §. 6. inf. ff. de bon. libert. Tiraq. de pœn. temp. caus. 1. n. 3. Mars. cons. 137. n. 21. & seq. Florian. in l. 1. §. cum arietes ff. si quadr. paup. fec. (h) Et hæc, quæ diximus propterea temperamen-

tum

443

tum pœnæ admittunt, quia non dolo, sed impetu, vel aliâ violentâ animi impulsione fiunt. l. ii. §. 2. l. 38. §. 2. ff. de pœn. cui præterea ad-
jicimus, quod in omnibus criminibus etiam casus pœnam temperet.
l. ii. §. 2. ff. eod. ut si quis in venando telo in feram misso hominem in-
terfecerit. l. ii. §. 2. v. casu. ff. eod. l. 30. 31. ff. ad L. Aquil. vel si quis lu-
dens prætereuntem necaverit. l. 7. ff. ad L. Cor. de sic. l. 9. §. 4. l. ii. pr.
ff. ad L. Aquil. §. 4. l. eod. l. 132. ff. de R. I. l. 9. §. 5. ff. loc. aut si quis in
necessaria defensione alium quam aggressorem occiderit. l. 18. §. 3. ff.
de injur. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. C. C. 145. Vigel. c. 7. exc. i. repl. 8. Me-
noch. cas. 324. n. 9. Si in rixâ à pluribus commissâ unus aliquis ex ani-
matus fuerit, multitudo delinquentium facit minuere pœnam. c.
commessationes. & ibi gl. in verbo. multitudine, distinct. 44. c. ut consti-
tueretur. inf. & ibi gl. in verbo. multitudine, distinct. 44. Albert. in l. 17.
n. 3. v. quid enim si una universitas. ff. ad L. Cor. de sic. Sed in tali causâ,
si non appareat, quis occiderit, actor rixæ tenetur de omni eo, quod
sequitur. l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 10. ff. de serv. corrupt. Bal. in l. i.
n. 14. inf. C. de serv. fugit. Si autem appareat, quis in delinquendo
plus aliis operatus sit, in ipsum fit condemnatio. Tiraq. de pœn. temp.
caus. 47. n. 8. Gayl. de pace pub. lib. 2. c. 9. n. 38. quod si ex proposito &
præcedente conspiratione delictum commissum fuerit, omnes te-
nentur. gl. in l. 17. inf. v. nam si ex proposito. & ibi Bart. n. i. & 9. ff. ad
L. Cor. de sic. Marsil. n. 3. v. nam si fuissent congregati, & n. ii. in pr. ff.
ad L. Cor. de sic.

V I.

Quantitas. Ex quâ venit, ut delicta viliora vilioribus pœnis vin-
dicentur. l. 16. §. 7. l. ii. §. i. ff. de pœn. Itaque pœna unius delicti non
mitigat pœnam alterius in eodem authore, sed sæpè delinquens sæpè
punitur, licet in eâdem re. l. 2. pr. ff. de priv. delict. ibid. Dn. Gothofr.
ad verbum. minuit. l. 130 ff. de R. I. l. 25 ff. de injur. §. ult. I. si quadr.
paup. l. 27. pr. l. 32. §. i. ff. ad L. Aquil. & delictum non capitale ex re-
iteratione capitale efficitur. Dn. Rem. Nem. Carol. c. 162. Vigel. Const.
Carol. repl. 5. inf. & exc. 8. c. 8. l. i. ff. de jur. patr. l. 3. inf. C. de epis. aud.
hinc fur, pro duobus furtis olim punitus, pro tertio suspendendus
est, etiam si per gratiam principis pro duobus furtis pœna sit remissa.
Vigel. Const. Carol. c. 8. exc. 9. 10. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. furtun. n. 12.
13. Hinc multis delinquentibus pœna unius alterum non liberat. l. ii.
§. 2. ff. ad L. Aquil. l. 38. §. 2. ff. de adm. & peric. tut. l. 5. pr. ff. de nox act.

C

Contumacia

Contumacia quoque ad pœnam majorem inferendam æstimatur. *l. 2. C. de requ. rei. l. 4. inf. ff. de pœn.* ut si, qui ad tempus relegatus est, redeat, in insulam relegetur, si, qui in insulam relegatus est, excedat, in insulam deportetur, si, qui deportatus est, evadat, capite puniatur. *l. 28. §. 13. ff. de pœn. l. 4. C. eod.*

V I I.

Eventus. Qui maximè circa pœnas est spectandus, nam non malefaciendi voluntas, sed ipsum maleficium inspiciendum est. *l. 16. §. 8. ff. de pœn. l. 1. ff. quod quisq. jur. l. 1. §. 1. l. 52. §. 19. ff. de furt. l. 15. §. 10. ff. de injur.* Sed si voluntas ad conatum deducatur & fiat tentatio criminis, pro effectu sumitur. *l. 1. §. 3. ff. ad L. Cor. de sic.* Consideratur tamen etiam malè faciendi voluntatis atrocitas, adeò, ut in casu *L. Majestatis* eadem severitate voluntas sceleris, quâ effectus, puniatur. *l. 5. pr. C. ad L. Jul. maj.* Idem verum est, si quis necandi infantis piaculum aggressus fuerit. *l. 8. C. de sic.* Si quis animo fugiendi se absconderit. *l. 17. §. 4. ff. de edil.* Si quis manus verberandi causâ levaverit, licet non verberaverit. *l. 15. §. 1. de injur.* Si quis miles fugere voluerit. *l. 3. §. II. ff. de re mil.* præcipuè autem si quis pecuniam ob crimen patrandum acceperit, licet id non patriverit. *c. 5. de homicid. in 6. Menoch. cas. 360. n. 42. Boer. decis. 316. Gayl. c. 14. n. 19. Covarr. in d. Clement. un. de homicid. part. 2. relect. init. n. II. Damh. c. 83. C. C. art. 178.* Quia etiam possibile est, ut delictum bonum exitum consequatur, ideo notandum, quod hoc nihil sit ad effugiendam pœnam. *l. 3. §. 15. ff. de re mil. l. 27. §. 28. ff. ad L. Aquil.* quia non sunt facienda mala, ut eveniat bonum. *c. extuarum. de sortile. c. super eo. de usur. c. non magnopere. ne clerici vel monach.* Sed hic nunc subsisto, cum hac cautelâ, in omnibus rebus præcipuam esse justitiæ æquitatisque, quam stricti juris rationem. *l. 8. C. de judic.*

CAPUT III.

Omnes pœnæ imponuntur vel ex imperio mero, quod habet gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines. *l. 3. ff. de jurisd. l. 7. §. 1. ff. de interd. & releg. l. 6. pr. l. II. ff. de off. proc. l. 6. §. 8. ff. de off. pres. l. 1. §. 7. ff. de off. pres. urb. l. 70. ff. de R. I. l. 1. §. 1. ff. de off. eius cui mand. jur.* Vel ex imperio mixto. *l. 3. §. 1. l. 4. ff. de off. pres. vig. l. 1. §. 1. inf. ff. de off. eius cui mand. jur. l. 8. §. 2. ff. de relig. l. 3. §. 3. 4. 7. 8. ff. de susp. tutor. §. 1. 10. l. eod. l. 35. ff. de injur. l. II. ff. de off. procons.*

444
procons. l. 1. §. ult. ff. de aleat. Juri autem poenarum inferendarum pe-
nitius cognoscendo considerabimus, tum locum tum personam.

I

Locus. Et notandum, quod regulariter I. ibi poena fiat, ubi cri-
men patratum est. l. ult. ff. de nox. act. l. 1. C. ubi senat. l. 3. pr. ff. de re
mil. l. 28. §. 15. ff. de poen. l. 7. §. 4. §. ff. de accus. & inscr. Nov. 66. c. 1.
N. 134. c. 5. Gayl. de pig. obs. 3. n. 11. & obs. 14. 15. Vult. lib. 2. Jurisp.
Rom. c. 1. Gilhaus. arb. crim. c. 1. n. 110. ergo magistratus illius loci po-
terit reum alio evocare, & scribere ad illos ubi delinquens agere di-
citur, ut ad se remittatur. l. 7. ff. de custod. & exhib. reor. l. 14. §. 1. ff. de
rejud. Nov. 134. c. 5. ac simul prosecutores mittere ad deducendum &
exhibendum reum. l. 7. ff. de cust. & exh. reor. Hodiè judex loci alte-
rius non cogitur reum remittere, sed quod olim erat necessitatis, ho-
diè est arbitrii. Gayl. l. O. 56. n. 5. I. P. P. c. 16. n. 30. 31. Matt. Steph. I.
de jurisd. 30. n. 13. & seqq. Gilh. c. 1. n. 111. & 114. Arn. Reyg. in proc. jud.
D. 1. 82. precario tamen & jure amicitiae, urbanitatis, aut vicinita-
tis fit interdum transmissio, sub antigrapho, sive litteris reversalibus,
quibus cavetur, nullum praedictum jurisdictioni transmittentis ge-
neratum iri. Thom. Mich. de jurisd. 9. 90. c. 1. de privil. in 6. Clar. q. 38.
v. sed certi. Far. q. 7. n. 28. Ritt. in expos. N. p. 9. c. 10. n. 57. Si hoc
noluerit, tenetur ipse poenam exequi. Clar. q. 38. v. sed certi. Vult. lib. 2.
jurisp. Rom. c. 1. II. Ubiunque reus reperitur quamvis ibi nec de-
gerit nec deliquerit, ibi & accusari & puniri potest. l. 1. & ibi gl. C ubi
de crim. ag. Covar. pract. q. q. II. n. 3. Gilhaus c. 1. n. 113. Paurmeister
lib. 2. de jurisd. c. 4. n. 105. & c. 8. n. 104. ubi enim claruerunt crimina,
ibi sunt punienda. c. ecce. 24. q. 3. c. si quid. 86. dist.

II

Persona judicis. Ubi sciendum quod non quilibet judex quam-
libet poenam infligere possit, sed olim poenas statuendi jus habuerint
in quibusdam proconsules & praesides. l. 6. l. 7. §. 2. ff. de accus. &
inscr. l. 6. pr. l. 7. §. ult. ff. de off. procons. in quibusdam viri spectabi-
les & comites scholararum. l. 1. C. de privil. schot. l. 3. C. de off. mag. off.
in quibusdam praefecti urbi. l. 2. §. 1. ff. de poen. l. 1. ff. de off. praef. urb.
non municipales. l. 12. ff. de jurisd. nec delegati. l. 70. ff. de R. I. l. 1. ff.
de off. eius cui mand. l. 6 ff. de off. procons. Hodiè Municipales jus ha-
bent carceribus includendi, & vel postea magistratibus provinciae
mittendi. Col. de process. execut. p. 1. c. 1. n. 13. vel tormentis subdendi,

C 2

&

& supplicium sumendi nomine superioris. Hillig. 2. Comm. Donell. lib. 17. c. 7. lib. R. p. 51. Habent & delegati jus de crimine judicandi. Gayl. P.P. c. 12. n. 10. Decian. 4. tra. crim. 23. n. Vasq. 2. contr. 14. n. 30. etiam subdelegati. Menoch. x. arb. qu. 54. Treutl. 1. Disp. 3. th. 1. & 6. sed ut totam causam ad mandantem referant, & juxta ipsius jussu causam exequantur. Hil. c. 1. n. 36. Quisquis autem judex est, qui exequendi potestatem habet, ille non à levi suspitione. l. 3. §. 1. inf. ff. de minor. sed aut à rei spontaneâ confessione, aut testibus legitimis. l. 16. C. de pœn. aut ab indiciis luce clarioribus. l. ult. inf. C. de prob. pendebit. & ex personæ conditione, & rerum qualitate condignam sententiam concipiet. l. II. pr. ff. de pœn. l. 4. §. pen. ff. de incend. ruin. nauf. eâ in scriptum redactâ scabinos de sententiâ æquitate rogabit. C. C. art. 92. 93. scrupulo aliquo interveniente Juris prudentes interrogabit. C. C. art. 81. & 150. inf. Sententiâ constante capitalem diem statuet. C. C. art. 78. Eum triduo ante denunciari, & cætera ad conservandam rei animam adhiberi. C. C. art. 97. Die capitali judicium signo campanæ in prætorium convocari. C. C. art. 82. sufficientes ad assessores adesse. C. C. art. 84. singulos recitatæ sententiæ justitiam adfirmare. C. C. art. 92. 93. tandem per præconem in præsentia rei publicè è rostris recitari, pœnam disertè exprimi, sententiam confracto baculo executioni mandari, ac severè interdici, ne quis executionem impediatur, aut carnifici vim inferat, curabit.


Nunc hoc Deo propitio peractum est. §. 2. præf. Inst.

F I N I S.

Strassberg, Diss., 1623-26

X2617020

VDMA





B.I.G.

Farbkarte #13

40
435.

Συὶ Θεῷ

DISPUTATIO JURIDICA
DE POENIS

QUAM IN ARGENTORATENSIS ACADEMIA.

1623, 8.

PRÆSIDE

Amplissimo & consultissimo viro
DN. GEORGIO DAVIDE LOCAMERO J. U. D. INSTITUTIONUM
Professore, præceptore suo æternùm
colendo

Examini publico submittet
ad diem Majj.

BALTHASAR WESSELIUS
Boleslâ-Silesius.

πρὶν ἐξέλασης, μὴ μέμψε.



ARGENTORATI,
Typis HOLLANDI FINDLERI,

Anno M. DC. XXIII.

